



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2230. Markgraf Hermann bekennt, von der Stadt Lübeck die vom Könige
Albrecht ihm überwiesene Reichsteuer für das Jahr 1304 mit 600 Pf.
empfangen zu haben, am 7. Januar 1305.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2229. Markgraf Hermann fordert den Rath zu Lübeck auf, ihm das schuldige Geld zu bezahlen, oder die Gründe der Weigerung durch Gesandte, denen er sicheres Geleit gewähren wolle, zu erkennen zu geben, am 24. November 1304.

H(ermannus) Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio ac dominus de Henneberg tutorque Slesie, Honestis viris et discretis, consulibus ac vniuersitati ciuium in Lubic, salutem ac gracie sue plenum affectum. Noueritis per presentes, quod pro pecunia nobis danda sepius misimus et eciam nostros fideles ad vos transmisiimus pecunia pro eadem, attamen dicta pecunia nobis fuit minime perluta. Licet nobis pro eadam pecunie summa non promissistis, tamen dixistis viua voce, quod eam terminis debitis persoluere velletis, impedimento quolibet procul moto. Vnde rogamus vestram discrecionem studio, quo possimus, ampliori, quatenus ordinetis, ut dicta pecunia nobis adhuc integraliter persoluatur nostri amoris intuitu et fauoris. Et si aliquid obstaret, quod dictam pecuniam dare nolletis, petimus, ut duos de conciuibus vestris ad nos transmittatis, qui nos expediant de singulis viua voce. Illos autem ciues, quos ad nos transmittitis, in nostre protectionis conductum recipimus et tutelam, quod presentibus publice profitemur. Datum Sconebeke, anno Domini millesimo trecentesimo quarto, in vigilia sancte Katerine virginis.

Aus dem Lübecker Urk.-Buch II, 160.

2230. Markgraf Hermann bekennt, von der Stadt Lübeck die vom Könige Albrecht ihm überwiesene Reichssteuer für das Jahr 1304 mit 600 Pf. empfangen zu haben, am 7. Januar 1305.

Nos Hermannus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio ac dominus de Henneberg, Recognoscimus publice per presentes, quod honesti viri et providi, ciues in Lubik, de censu per serenissimum dominum Albertum, Romanorum regem, nobis assignato sexcenta talenta lubicensium denariorum de anno Domini millesimo trecentesimo quarto integraliter et intoto persoluerunt. Ideo dictos ciues a dictis sexcentis talentis dicti anni omnino dimittimus liberos et solutos, quod in hiis scriptis profitemur. In cuius rei testimonium presens dedimus scriptum, figilli nostri munimine communitum. Datum Cedenic, anno Domini millesimo trecentesimo quinto, in crastino Epyphanie Domini.

Aus dem Lübecker Urk.-Buch II, 164.